

A2 Latin Unseen Prose (Livy) Past Paper: 2004 (Fabius attacks the Volsci)

Study the following passage carefully and answer the questions which follow. Give a translation only if one is asked for, or if you think it makes your answer clearer.

The Romans, led by Fabius, attack the Volsci and capture the town of Anxur.

interim tribunos militum in Volscorum¹ agrum ducere exercitum placuit; Cn. Cornelius unus Romae relictus. tres tribuni, postquam nullo loco castra Volscorum¹ esse nec commissuros se proelio apparuit², ad devastandos fines discesserunt. Valerius Antium³ petit, Cornelius Ecetras⁴; quacumque incesserunt⁵, late populati⁶ sunt tecta agrosque, ut averterent Volscos¹; Fabius, quod maxime petebatur, ad Anxur⁷ oppugnandum sine ulla populatione accessit.

Anxur⁷, quae nunc Tarracinae sunt, fuit urbs prona⁸ in paludes. ab ea parte Fabius oppugnationem ostendit; circummissae quattuor cohortes, cum imminentem urbi collem cepissent, ex loco altiore, qua nullum erat praesidium, ingenti clamore ac tumultu moenia invaserunt. ad quem tumultum obstupefacti qui adversus Fabium urbem infimam tuebantur occasionem dederunt scalas⁹ admovendi, plenaque hostium cuncta erant, et ferox diu caedes pariter fugientium ac resistentium, armatorum atque inermium fuit. cogebantur itaque victi, quia cedentibus spei nihil erat, pugnam inire, cum pronuntiatum repente ne quis praeter armatos violaretur, reliquam omnem multitudinem voluntariam exuit¹⁰ armis, quorum ad duo milia et quingenti vivi capiuntur. a cetera praeda Fabius militem abstinuit, donec collegae venirent, ab illis quoque exercitibus captum Anxur⁷ dictitans esse, qui ceteros Volscos¹ a praesidio eius loci avertissent.

Livy IV 59, 1–10 (adapted)

5

10

15

2494 Jun04

| | | |
|----|---------------------------|---|
| 1 | Volsci, Volscorum (m pl) | Volsci, a people of Italy with whom the Romans are at war |
| 2 | apparuit | (here) it became clear |
| 3 | Antium, Antii (n) | Antium, a Volscian town |
| 4 | Ecetrae, Ecetrarum (f pl) | Ecetrae, another Volscian town |
| 5 | incedo, incedere, incessi | I go |
| 6 | populor, populari | I plunder, destroy |
| 7 | Anxur, Anxuris (n) | Anxur, another Volscian town |
| 8 | pronus -a -um | sloping down |
| 9 | scala, scalae (f) | siege ladder |
| 10 | exuo, exuere, exui | I strip (transitive) |

